



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Capvt I. De Ioviniano Imperatore, & de persecutione Valentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

D. HAYMONIS
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER X.

CAPITULUM

*De Ioviniano Imperatore, & de persecutione
Valentis.*

Post Iulianum *Iovianus* ab exercitu trahitur ad Imperii insignia, qui excusat, se sacrilegis non posse imperare, quia Christianus esset; nec acquiescit, donec acclamat exercitus; *Et nos Christiani sumus.* Hic persequitur hæreticos, & honorat ecclesiam. *Athanasium* requirit, & ab ipso suscipit formam fidei, & ecclesiarum disponendarum modum. Sed hæc tam læta principia mors immatura mox corrumpit. Post hanc *Valentinianus* cum fratre *Valente* suscipit Imperium, expulsus quondam militia à *Iuliano* pro fide nostra. Et sibi quidem Occidentales delegit partes, fratri autem Orientales reliquit. *Valentinianus* ergo fide & religione Romanam Rempublicam administrat, sed *Valens* favendo hæreticis abiit in viam patrum suorum. Orthodoxos quosque persequitur, tormentis excruciat, damnat exilio, sed hoc post *Athanasii* obitum. Nam illo superstite, velut divina quadam virtute prohibetur. *Athanasius* Alexandrinus Episcopus, quadragesimo & sexto sacerdotii sui anno moritur.

CAP.